UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLXXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

ter fuisset pmissũ, & nõ in casu morę, ut quia simplici ter data fuisset dilatio ad soluendum quantitatẽ dotis, & interim certum quid solui promissum esset, nã tunc hæc diceretur esse usura, & exigi non posset, ut p Alex. post Bar. & alios, quos allegat. in d. l. si insulã. §. usuras. & cum hac doctrina etiam canonistę communiter in d. c. salubriter pertranseũt. ut habetur ibi per Abbatem, & do. Floria. de S. Petro, & iõ si aliquid fuisset hac de causa solutum, uel deberet in sortem computari, uel tanquam indebitè solutum posset per condictionem indebiti repeti, arg. c. debitores. de iureiurando, & l. si non sortem. in prin. ibiq; Bar. ff. de condict. indebi. quamuis Imo. in d. §. usuras. aliter distinguat, sed contra communem opinionem, ueluti ipse met attestatur, ac refert Ioan. de Ana. in d. c. salubriter. Rursus illi, qui tenent à principio unà cum dotis promissione aliquid certũ promitti posse, hoc intelligunt esse uerum, quando maritus esset mercator, uel aliàs solitus iustè lucrari, ut uoluit Abb. in d. c. salubriter. in 1. q. in fi. uer. & alii ibi. Cũ igitur dicti comites fratres eo tẽpore, quo promiserunt ad certum tẽpus soluere, promiserint ratione illius dilationis certum quid pro centenario soluere, incipiẽdo à die promissionis, profectò negari non põt, quin hoc esset usura, si solueretur, quia non rõne moræ, sed ratione dilationis datæ soluendum esset: quo casu dicitur usura, & peccatum, quoniam fructus uidetur capi ex tẽpore, & ex pecunia, ex quibus naturaliter fructus produci nequeunt, ut habetur per doctores in rub. extra de usuris. ubi & ego dixi. Præterea † doctores canonistæ,
25 & legistæ etiam communiter in d. c. salubriter. in d. l. si insulam. §. usuras. ubi Bart. & latius. in l. diuortio. in princ. ff. soluto matrimonio uidentur uelle, q̃ soluto matrimonio propter obitum uiri, & sic modo licito, uxori nihil certum pro alimentis, seu interesse, puta septem pro centenario promitti possit, sed benè possunt ei promitti alimenta, & id, quod erit pro alimentis necessarium, & sic incertum, ut per Alexand. in d. l. diuortio. Ioan. de Ana. in d. c. salubriter. & Petrus de Ancharano in consi. 163. quanto magis ergo hoc dicendum est, quando matrimonium fuisset de facto, & culpa uxoris solutum, q̃ tunc ei nihil certum annuatim, uel menstruatim pro alimentis, seu pro interesse promitti possit, tum quia hoc non deberetur p oneribus, matrimonii, quod de facto non consistit,
26 quia est solutum, tum quia † in hoc casu etiam ex dote mulier nõ est à uiro alenda, donec ab eo culpa sua, & indebitè stat separata Bal. in l. fi. C. ad uelleianum. Alex. in d. §. usuras. doct. & ibi Alex. in l. alimenta. C. de nego. gest. & aliqualiter. in d. l. diuortio. glo. q̃ scriben. in c. significasti. de diuor. Bal. in l. 1. C. de lega. & latè Alex. in l. si cum dotem. §. sin autem in sęuissimo post Bartolum. ff. soluto matrimonio Bal. in l. fi. in ultimis uerb. C. de senten. quæ sine cer. quant. profer. & Bart. in suo tractatu alimentorum. ¶ Et ex prędictis infertur, utrum in terminis nostris, ex quo dicti comites fratres in instrumento transactionis damna, & interesse promiserunt in casu, quo solutiones per eos temporibus conuentis nõ fierent, ipsi ad aliquid pro interesse præstandum teneantur, nam eos non teneri uidetur dicendum, quoniam non tenentur seruare ea, quæ in dicto instrumento transactionis continentur per illa, quæ supra in primo articulo dicta fuerunt: & posito, sed non concesso, quòd ad damna, &
27 interesse tenerentur, † profectò non possent dicti fratres condemnari, nisi damna, & interesse contra ipsos probata fuerint ad tradita per gl. & doct. in d. §. curare. Instit. de act. §. fi. Instit. de uerbo. oblig. Dec. in d. consil. 119. & l. unica. cum ibi not. C. de senten. quæ pro eo, quod interest, & hęc in præsenti causa iuris esse censui: me in cęteris remittendo ad eos, qui aliis subtiliter, & copiosè dicta fuerunt.

Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Statutum prohibens filiosfa. contrahere sine cõsensu patris habet etiam, quando hinc inde essent filiifamil. qui contraherent.*

2 *Filiusfam. an possit sine consensu patris compromittere, stantibus duobus statutis, uno, quòd filiifami. non possint gare sine consensu patris, & altero, quòd omnes compromitti.*

3 *Minores bona sua alienare absque solemnitate ter alios minores non possunt.*

4 *Ecclesiæ res non possunt absque causa, & decreto ecclesiæ alienari.*

5 *De clerico quando ut laico iudicetur.*

6 *Filiusfam. quòd non possit esse in iudicio sine consensu habet etiam in filiosam. clerico respectu bonorum patrimonium.*

7 *Sententia non conformis libello, & petitioni est ipso iure*

8 *Absolutio à iuramento ad effectum petendi laudum arbitrium boni uiri, & reductio coram quibus fit petenda si reductionem petens esset clericus.*

9 *Iudex ecclesiasticus super absolutione à iuramento sic iudex iudicij præparantis, quando etiam iudex sit iudex, & quando non.*

EPITOME.

Statutum prohibens filiosfamilias contrahere ne consensu patris locum habet etiam in filiis familias inter se inuicem contrahentibus.

Iudicem ecclesiasticum, coram quo petenda solutio à iuramento ad effectum petendi laudum laudi ad arbitrium boni uiri, non posse, emittere solutionis articulo, super exequutione laudi petenda, & pronunciare, & coram quo absolutio, & reductio sit petenda, hic habetur.

CONSILIVM CLXXIX.

1 DVBITATVR primo, † an statutum de filiis familiis cum minoribus in §. autem dicunt quod prohibet filiosfamilias contrahere ne consensu patris, locum habeat quando hinc inde iidem essent filiifamilias, qui inuicem contraherent, & omissis superfluis, mihi uidetur illud in hoc casu locum habere, & si hinc inde filiifamilias absque consensu patris, & solemnitate statuti contraxerint, ipsos ex tali contractu non obligari, & contractum esse ipso iure nullum, quoniam in primo uidero uerba statuti, quę loquuntur in plurali numero q̃ aliqui filiifamilias non possint &c. & consequenter siue fuerit unus, siue plures, qui contraxerint, non locum habebit, quia numerus pluralis plures comprehendit. l. ubi numerus. ff. de testibus. Secundò dubiũ uidetur decidi ex iis, quæ tradit Bal. in l. 1. §. necessitate. C. de bon. quæ libe. in 4. col. uers. ne, ubi uult, † quòd stantibus duobus statutis
2 mo, quòd filiifamilias non possint se obligare sine consensu patris, & altero, quòd omnes causa[illegible] compromitti, filiusfamilias poterit sine consensu patris compromittere, quoniam statutum de[illegible] missis est magis speciale, ergo clarè innuit, [illegible] non fieret compromissum necessarium, sed [illegible] tarium, non posset filiusfamilias sine consensu [illegible] compromittere. Subdit Bal. hoc confirmari, quia [illegible] promissum fieri potest absque aliqua obligatione [illegible] tercedente, ergo clarè innuit, quòd si fieret compromissum sine cõsensu patris intercedente obligatione cõpromissum non ualeret, quia filiusfa. non p[illegible]

consensu patris obligari. Et quòd prædicta sunt vera
etiam quando plures filiifamilias hinc inde se inuicē
obligarent, & simul inter se cōtraherent, demōstrat,
quia prædictum statutū de contractibus parificat hos
filiosfamilias, uidelicet ꝙ minores nō possint se obliga-
re, uel sua bona sua alienare absq; cōsensu tutoris, uel cu
ratoris, & cū decreto, uel solēnitate in eo posita, & ꝙ
filiifamilias, siue filiifamilias non possint se, uel sua
bona obligare, uendere, vel alienare absq; cōsensu pa
tris. † minores se obligare, uel sua bona alienare
possunt absq; solēnitate, siue ipsi contrahant cum
maioribus, ut per totū. ff. de rebus eorū, & C. de præd.
minor. siue sint plures minores, qui inter se obligent,
uendant, & inter se alienent, ut est tex. clarus in l.
si tabulas, in princ. ff. de rebus eorū. & in l. nō solū.
§. si quibusdam. inter omnes. cum gl. C. de præd. mino.
& subintel. intelligendū est de filiisfamilias, qui ad inuicem
obligarent, & inter inter se obligarēt sine solēnitate:
sed in casu maior ratio prohibitionis militat, cum
ex utraq; parte persona sit inhabilis ad cōtrahendum
sine solēnitate: suadentur hæc in simili, nā † res eccle
siæ non possunt absq; causa, & decreto, & cōsensu epi-
scopi alienari. c. sine exceptione. 12. q. 2. cū similibus.
hoc procedit, siue ecclesia uendat, & alienet alteri,
quibuscūq; uentibus, siue plures ecclesiæ inter se alienēt,
ut est tex. clarus, ibiq; Ioan. And. Ant. Abb. & alij in c.
1. de rebus eccle. nō alien. Nec aduersatur, † ꝙ
alter contrahentibus, & compromittētibus fuerit
ignorantia, quoniam ex quo contraxit, & compromisit
de rebus patrimonialibus, idem iudicatur de eo,
quod de hoc filiofamilias respectu consensus patris,
ut est tex. cum gl. in c. si annū. de iudi. in 6. ubi † regu-
la illa, quę habet, quòd filiusfam. non possit esse in iu
dicio sine consensu patris iuxta d. l. nō solum. §. necesse
fuerit. C. de bon. quæ lib. locum habet etiam in filiofa
milias respectu bonorum patrimonialium.
Quando dubitatur, an sententia lata à D. Vicario
ualeat, & an ipse potuerit pronunciare laudū
dicendum: & † concludo sententiam non uale
re, & iure nullam esse, quia non fuit conformis li
bello, seu petitioni, ut ex eius inspectione apparet,
quia sententia est nulla. c. licet heli de simon. l. ut
iudices. ff. cōi diuidun. Nam coram D. Vicario fuit
petitum, ut cōcederetur absolutio à iuramento ad fi
nem effectum, ut posset agi coram suo iudice, sup
exequutione laudi ad arbitrium boni uiri, uel super nul
litate laudi, non aūt super exequutione laudi, & ipse
pronuntiauit sententiam super exequutione laudi, & con
tra iudicauit super alio penitus diuerso ab eo,
quod coram illo fuit petitum, ergo sententia debet
dici nulla, quia sic reperitur lata absq; libello, & litis
contestatione, ut dicit Bal. per d. l. ut fundus. in l. fi. C.
de fideicom. liber. & facit tex. in clem. sæpe. §. uerum.
de verborum signifi. siue enim in sententia mutetur
res, siue causa, siue actio, sententia reperitur lata absq;
litis contestatione, & ideò dicitur nulla c. 1. de lit. cōte
sta. fi. in per totū, ut dicit Bal. in d. l. fi. Præterea † duo
petebantur, quorum alterū necessario debet peti, & fieri co-
ram Vicario R. D. Episcopi, alterum coram iudice se
culari, nam propter iuramentū in cōpromisso apposi
tum, quod possit peti laudū reduci ad arbitriū bo-
ni uiri, debet peti absolutio à iuramēto ad finē, ut pos
sit peti laudū reduci ad arbitriū boni viri, uel de eius
nullitate dici, quæ absolutio peti debet coram do. Vi-
cario Episcopi, cum ad ecclesiasticū etiā inter laicos
spectet de iuramento iudicare, & omnes ratione iu-
ramenti de foro ecclesiæ efficiantur. c. fi. de foro com
petenti in 6. & pendēte huiusmodi causa absolutionis
coram Vicario nō pōt super reductione laudi ad arbi
trium boni viri procedi, immò tēpus, qd datur ad illā
petendam, interim non currit, ut habetur in statuto
Bononiensi posito sub rub. de causa reductionis &c.
& per Fede. ī cons. 95. incip. super eo, & per Roma. in
rub. de arbit. col. 25. & expedita causa absolutionis co
rā dicto Vicario postea pōt peti laudum reduci ad ar
bitriū boni viri, & hoc potest fieri solum coram do.
Vicario Potestatis, uel coram iudice Aquilæ, qui su-
per hoc iudices competentes esse dicūtur, & nō corā
do. Vicario Episcopi, ut in dicto statuto cauetur. Et
quāuis in casu nostro ille, qui uult petere laudū redu-
ci ad arbitrium boni viri, sit clericus, tū ipse tanquam
actor debet sequi forum rei ç. cum sit. & c. si clericus.
de foro cōpet. & consequēter cum reus sit laicus, nō
corā Vicario Episcopi, sed corā Vicario Potestatis,
uel corā alio iudice seculari debet super reductione
laudi ad arbitriū boni viri trahi, & ita cōcludunt doc.
cōiter in c. quintauallis. de iureiur. & in c. debitores.
eod. tit. & habetur per Bart. in l. si societatem. §. arbi-
9 trorum. ff. pro socio. & † licet idem debeat esse iudex
iudicij præparantis, & præparati, & consequenter idē
iudex, qui super absolutione cognoscit, debeat esse
iudex iudicij præparati, tamen hoc fallit, quoties ab-
solutus à iuramento, uel qui se absolui petit, uellet se
fundare in aliquo remedio, qd solum ex statutis lai-
corū cōpeteret, ut voluit Felin. in c. 1. col. 12. ibi 6. que
ro extra de iureiur. quia tunc petita, & impetrata ab-
solutione debet agi coram seculari: sed ꝙ laudum ar
bitri petatur reduci ad arbitriū boni viri, non est de iu
re ciuili, nec canonico, quia solū laudum arbitrato-
ris de iure cōi potest peti reduci ad arbitrium boni
viri ad tradita per Abb. in d. ç. quintauallis. & laudum
arbitri solum potest peti reduci ex forma statutorum
laicorum, ut in dicto statuto habetur, ergo hæc redu-
ctio debet peti, & fieri coram iudice seculari, & nō co
ram ecclesiastico, coram quo absolutio petita fuit, &
ideò statutū uoluit, ꝙ facta absolutione à iuramento
laudū possit peti reduci solum corā Vicario Potesta
tis, uel iudice aquilæ. Pronunciandum est itaq; male
fuisse iudicatum per do. Vicarium R. D. Episcopi, q
nō potuit, omisso absolutionis articulo, sup exequu-
tione laudi ꝓcedere, nec cognoscere. Laus Deo.

S V M M Æ.

1 *Aetas quomodo probetur.*
2 *Aetas maior facilius, quam minor per testes probatur.*
3 *Aetas minor per quos testes probanda.*
4 *Aetas minor quomodo per aspectum probari debeat.*
5 *Minorem se esse quando non per testes, sed per instrumentum tantum, & quando nec per testes, nec per instrumenta probare possit is, qui se maiorem esse iurauit.*
6 *Statutum generaliter loquens debet secundum ius commune, & ne iuri communi aduersatur, intelligi.*
7 *Contractus minoris iuramento non firmatur, ubicunque statutum non solum prohibet minorem sine certa solemnitate cōtrahere, sed etiam prohibet iuramentum præstari.*
8 *Secus, si solum annullaret, & irritaret iuramentum præstitum.*
9 *Filius cum iuramento promittens sine consensu patris obligatur, etiam stante statuto, quòd promissio facta per filiumfamilias sine consensu patris etiam iurata non ualeat.*
10 *Statutum de contractibus minorum volens contractum à minore absq; certa solemnitate factum esse nullum, et si iuratum fuisset, est exorbitans, & non extenditur ad casum, in quo tempore cōtractus quis præsumebatur maior, sed solum habet locū, quādo quis vt minor cōtraxit, & tpe cōtractus minor apparebat.*
11 *Super iuramento, seu actu iurato seculares non disponunt.*
12 *Iuramentum in Deum dirigitur, & legi ciuili nō est subiectum.*
13 *Dispositio ad pias causas legi ciuili non subiicitur, & de ea statutum, aut lex ciuilis uihil potest disponere.*
14 *Minor cum iuramento contrahens, non seruata statuti solemnitate, obligatur, quamuis statutum dicat, quòd contractus minoris sine dicta solemnitate etiam cum iuramento non valeat.*

15 *Idem*